

PRAEFATIO

curavit O. Ribbeck (cuius sine auxilio ne digitum quidem transversum progredi possumus) omnis materia praebetur unde textus constituatur, textus autem ipse Vergilio minime dignus videtur; cum igitur nondum apud iuvenes nostros ita usitatus sit ut quasi exemplaris vice fungatur, non omnem lectionis diversitatem in adnotationibus meis reddendam statui. quae coniecit Bentley ex ipsius libro, in Museo Britannico servato, deprompsi.

Amicis meis Carolo Cannan Herberto Bate gratias ago meritas, quorum hic schedas accuratissime perlegit, ille consilio suo numquam mihi defuit.

F. A. H.

Scribebam Londini
Mense Maio MDCCCC.